Theses utriusque juris ex materia sortito ducta canonici, civilis.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.9
Auteur(s) : Marc Antoine Lazare Malot
Type de document : affiche
Éditeur : Ballard (Paris)
Imprimeur : Ballard, Paris
Période de création : 3e quart 18e siècle
Date de création : 1771
Description : Une feuille imprimée. Estampe dans la partie supérieure. Texte encadré par des motifs ornementaux dans la partie inférieure. La partie gauche du texte a été imprimée en surimpression, sans doute à cause d'une erreur dans le placement du papier sur la table de presse. Le bord inférieur est froissé et taché. On peut voir au verso les traces de réparation au moyen de ruban adhésif. Le bord supérieur est plié et le coin droit déchiré. La feuille présente des traces de pliure.
Mesures : hauteur : 650 mm ; largeur : 455 mm
Notes : Cette affiche annonce les thèses de droit canonique et de droit civil qui doivent être soutenues par Marc Antoine Malot, le lundi 5 août 1771, devant un jury présidé par Louis Delaroche, pour l'obtention du titre de bachelier. Les articles de droit canonique traitent des affaires de possession et de propriété, et de l'ordre dans lequel elles doivent être traitées. Les articles de droit civil concernent les héritages. La gravure qui orne l'affiche représente saint Nicolas et les trois petits enfants, évoquant un épisode bien connu de la légende du saint. D'après la suscription, c'était le saint patron de la mère de l'étudiant.
Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics
Filière : Université
Niveau : Supérieur
Autres descriptions : Langue : Français
Nombre de pages : 1
ill.

SANCTO NICOLAO MATRIS
OPTIMÆ PATRONO.

THESES UTRIUSQUE JURIS.
EX MATERIA SORTITO DUCTA.

CANONICI.

Ex Cap. 1. Extrà. *De Cauſâ poſſeſſionis & proprietatis.*

I.

PLERUMQUE intereſt priùs agitari cauſam poſſeſſionis quam proprietatis ut appareat quis ſit actor vel reus.

II.

NAM is qui vincit in cauſâ poſſeſſionis rei partes obtinet.

III.

QUI victus eſt in cauſâ poſſeſſionis poteſt poſtea obtinere in cauſâ proprietatis.

IV.

QUAMVIS diſtinctæ ſint cauſæ poſſeſſionis & proprietatis debent tamèn coram uno eodemque judice proponi & terminari.

V.

UNDE judex ad cauſam delegatus tam de proprietate quam de poſſeſſione cognoſcere poteſt.

VI.

ORDINARII juris eſt primum judicetur, poſtea proprietatis cauſa decidatur.

VII.

ALIQUANDO tamèn poteſt utraque cauſa cumulari & eâdem ſententiâ terminari.

VIII.

QUI egit de proprietate non prohibetur poſtea cauſam poſſeſſionis inſtituere.

IX.

SED ad cauſam poſſeſſionis redeundum eſt antequam concluſum ſit, in proprietatis judicio & cauſæ poſſeſſionis renuntiatum fuerit.

CIVILIS.

Ex Lege *Si paternâ* 1. Cod. *De Repudiandâ vel abſtinendâ hereditate.*

I.

UT variis modis acquiritur hereditas pro variâ heredum qualitate & differentiâ ità etiam variis modis amittitur.

II.

ET quidem olim extranei heredes, ut acquirebant aditione ità & repudiatione amittebant hereditatem ſibi delatam.

III.

UTIQUE ſicut pro herede geſtione vel ſimplici agnitione hodierno jure fiunt heredes, ità & ſimplici recuſatione poſſunt à ſe ablegare hereditatem.

IV.

CAVEANT porrò heredes alterutrum providè faciant, nec enim acquiſitam ſemel hereditatem repudiare quis poteſt, aut amplecti repudiatam.

V.

ID impuberum ætati proprium eſt ut delatæ ſibi hereditatis repudiatio ſine tutore autore facta nihil ipſis noceat, quominus eam poſtea adire valeant.

VI.

MINOR quoque viginti quinque annis, ſi delatam ſibi hereditatem inconſultò repudiaverit, ad ipſam adeundam admittitur, ſcilicèt in integrum reſtitutionis auxilio.

VII.

SUI heredes velint nolint exiſtentiâ ſolâ ſunt heredes, vi ſcilicèt & poteſtate juris, ſed eos qui ſe abſtinuerint tuetur Prætor, nec dat in eos creditoribus paternis actionem.

VIII.

ABSTENTIONIS beneficio renunciaſſe intelliguntur ſui, ſi ſe rebus paternis immiſcuerint, nimirum ſi iis uſi ſint ut ſuis, animo non abſtinendi.

IX.

FRUSTRA verò poſt acquiſitam hereditatem heres dixerit in jure ſe non eſſe heredem; ſic renuntiando nihil agit & jus ſemel quæſitum vel invitus retinet.

Hæ Theſes ex utroque Jure, Deo duce, auſpice Deiparâ & præſide C.V.D. LUDOVICO DELAROCHE, J.U.D. *Antecessore Primicerio & Comite, tueri conabitur* MARCUS ANTONIUS LAZARUS MALOT, *Œduenſis, die Lunæ 5 Auguſti, anno Dom.* 1771. *ab octavâ ad decimam.*

Aderunt cum jure ſuffragii ſorte ducti Clar. D.D. Sauvage, Joüan, Hulot, Drouot, Vaſſelin, Goulliart.

PARISIIS,
IN ANTIQUO JURIS AUDITORIO
PRO BACCALAUREATU.

Apud Viduam BALLARD, Conſultiſſimæ Facultatis Typographum; viâ Nucum.